



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola
Prodigi Euangelici**

Qvae Poenitentia Peccatorvm Sev Conciones De Prodigii Evangelici Reditv
Ad Patrem

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1615

V.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55940)

CONCIO QVINTA.

7. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν εἶπε.
 7. In se autem reuersus, dixit.
 7. Quumq; ad se redisset, ait.

Græca.
 Vulgata.
 Syriaca.

ARGVMENTVM.

1. Quod ignorantia sui diuersimode nocet
 at ignorantī.
 2. Quod ignorare se noceat proximo.
 3. Quod ignorare se noceat Deo.

AVE MARIA.

I.

Quod ignorantia sui diuersimode noceat ignorantī.



Emo nostrum ignorat (dilectissimi) mortalem hanc vitam nauibus esse similem, fluctuantibus intra duos cum pari periculo scopulos, scyllam scilicet & charybdim. Viuimus enim, ut aiunt, inter ignominiam & bonam famam, inter laudes & vituperia, inter hostes & amicos, inter assentatores & obrectatores, itineri nostro æqualiter infestos: & quia natura nimium in nostri amorem propendimus, exultantes cum infantibus si pulchri, si boni, prædicemur; tristes, si fædi, si deformes, si male instituti: manifestum est magnum nobis utrimque instare infortunium, si aut laudemur, aut culpemur, vel in os, vel à tergo, vel palam, vel clanculum. Inflamur enim & intumescimus, dum ab ijs laudamur, qui nos non norunt, intus & in cute, deijcitur etiam & despondemus animun, dum contemnimus videmus ab aulicis & curialibus, qui nec salinum nostrum attingunt, & ignorant quo utamur foço, cuiusue simus generis. Optimum ideo est seipsum nosse, ut inter duos scopulos tuto transeat, & hoc ipsum prudenter admonuit, aut Cato, aut sapiens aliquis Catonifans,

Lib.

Lib. 1. Distich. vulgo Catonis] *Cum te aliquis laudat, index tuus esse memento.*

Perfius] *Tecum habita, & noris, quam sit tibi curae supellex.*

Plus alijs de te, quam tu tibi, credere noli.

Ne nimium tibi pendeant aures ad panegyres laudisque tuas, quas aliena lingua quomodocunque blaterat, ut Plautinae isti meretriculae, quae (et si falso) laudari malebat, quam iure redargui.

Plautus in Mostel. act. 1.] *Philematium mulier loquitur,*

Equidem pol, vel falso tamen laudari multo malo.

* vero.

*Quam * vero culpari, aut alios meam speciem irridere.*

Ne inquam, in hisce exultes nimium, sed in ipsum redi, ad conscientiae tuae examen, ne vel extolleris, vel doleas nimium, quasi iniuria boni viri spoliatus praconio, & fraudatus eorum laudibus, ad quos facta tua nihil attrinent.

Iuuenal. Sat. 1.] *Rubet auditor, cui frigida mens est,*

Criminibus; tacita sudant praecordia culpa.

Idem Sat. 13.] *Se iudice nemo nocens absolvitur.*

Conscientia mille testes.

Senec. Ep. 1. lib. 16.] *Coarguit illos conscientia, & ipsos sibi ostendit*

Cur ego, si nequeo, ignoroque, Poeta salutor?

Fili, si te lactauerint (laudibus vanis) peccatores, ne adquiescas eis.

Metire te tuo pede.

Quisque suo metiatur modulo, non alieno: suo se penset pondere, sua conscientia, non aura populari; quae ea quae foris sunt, videt, nihil quot intus in corde, saepe etiam nec quod intra parietes, ubi non raro Nerones, qui foris Catones, iuxta illud, intus Nero, foris Cato. *Veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* non omnes agni quos lanæ operiunt, nec omnes stulti, quorum habitus praefert stultitiam vanæ laudes miseros ad nimiam subleuant fere complacentiam & arrogantiam.

Consternamur è contrario, ac plane in impatientia

tiam decidimus, impetiti calumnijs, vituperijs, nec excepti, vt speraueramus. inde solum, quia non reuertimur in nos ipsos, nec bona à nobis exquirimus testimonia, ex perfecta nostri notitia; quæ si adsint, non difficulter expugnabimus impatientiam, hac aut simili ratione occurrentes calumniæ.

Virgil.] *Non sum adeo informis, nuper me in littora vidi,*

Cum placidum ventis stare mare.

Plautus in milite glorioso, act. 1.] *Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum, me homo nemo deterruerit.*

Gen. 43.] *Non est in nostra conscientia, quis posuerit pecuniam in marsupijs nostris, aiebant fratres falso accusati furti in Ægypto.*

Heb. 13.] *Confidimus, quia bonam conscientiam habemus, in omnibus bene volentes conuersari.*

2. Cor. 2.] *Gloria nostra hac est, testimonium conscientia nostra.*

Palm.] *Iustus ab auditione mala non timebit.*

D. Bernard. lib 2. de confid. ad Eugenium.] *Perfecta cuique & absoluta excusatio, testimonium conscientia.*

Idem ferm. 85. in Cant.] *Nihil hac luce clarius, nihil hoc gloriosius testimonio, cum veritas in mente fulget, & mens in veritate se videt.*

Cicero lib. 6. Ep. fam. A. Torquat.] *Conscientia recta voluntatis maxima est consolatio rerum incommodarum.*

Idem 2. Tusc.] *Nullum theatrum virtuti conscientia maius.*

Idem alicubi.] *Sufficere debet ad gloriam benefacti conscientia.*

Idem Orat. pro Milone] *Magna est vis conscientia in utramque partem; vt neque timeant, qui nihil commiserunt; & poenam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.*

Senec. Ep. 1. lib. 16.] *Hoc consentiamus mala facinora conscientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse.*

Qui

Quidam] *Nulla maior crux, quam conscientia delicti onerata.*

Ouid. lib. 1. Fast.] *Conscia mens ut cuique sua est, concipit intra*

Pectora pro facto spemq; metumq; suo.

Conscia mens recti fama mendacia ridet.

Horat. ep. 1.] *Hic murus aheneus esto.*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Hoc omnes prudentes suadent, quando quis iniurijs, calumnijs, obrectationibus videt se premi, non tam externa spectare, rumoresque populi, quam internam & vitæ constitutionem, inter ceteros Perseus.

Sic ait Perseus Satyr. 1.] *Non si quid turbida Roma*

Eleuet, accedas, examen ve improbum in illâ

Castiges trutina: nec te quæsiueris extra

Nam Roma est quis non?

Pientissimus S. Bernardus idem prope dicit.

D. Bernardus lib. de confid. 2. ad Eugen.] *Novis te, ut inter angustias, quæ non desunt, fruaris conscientia bono: magis autem ut scias quid desit tibi.*

Idem fecit Sanctus Iob, speculum patientiæ, qui regem se videns (Chrysofomus enim regem ipsum dicit) regno deturbatum, explosum ab omnibus, imo & ab uxore, redijt in se, reuocauitque in memoriam priora bona opera, ut sic saltem liberius respiraret.

Idem & Sanctus Paulus Apostolus, rodi se sentiens, nescio à qua hominum fece, ad resuscitandum animum Catalogum incipit, & longam seriem omnium quæ cum laude gessisset, de vocatione sua loquitur, de officio, de sollicitudine, de itineribus terra, mari, inter infideles, inter domesticos fidei, recenset & raptum in cælum, & quid non? Ex hoc eius sermone hominem diceres grandiloquum, & thraſonem, qui alias Iesu Christi virtute & humilitate nihil habuit commendatius. sed videns se inter calumnias, ac despiciatum, quasi compulsus *factus sum insipiens*, (inquit) *vos me coegistis*, refreſcabat & sibi & alijs res bene gestas, ut sic contumelias suas sufferret animo suo

scus per testimonium bonæ conscientia, nam *perfe-* Ber. li. 2. de
Et cuique & absoluta excusatio testimonium conscientia considerat.
sua. Videre id vultis, attendite sicut nihil me lædit, ad Eugen.

si quis Simum me dicat, cum certo hoc esse me sciam,
 rei quod in speculo viderim, aut in effigie mea (quam
 forte vester Ianinus, ad viuum perfectissime depin-
 xerit,) quod mihi nasus sit *pregrandis*, aut saltem
 talis, quantus Ouidio aut Regi Francisco I. qui à
 longo naso cognominatus est, vt quondam Rex Per-
 sarum Longimanus, à longis manibus. Similiter et-
 iam nihil me lædit (semoto tamen scandalo) si quis
 Samaritanum me dicat, male feriatum, vini pot-
 rem, amicum publicanorum, violatorem Sabba-
 thi, quæ & Christo obiecta sunt, imo & deteriora:
 quia sc. in me regres, & conscientia meæ secretum
 visitans, ac recognoscens; nihil horum, sed virtu-
 tes potius contrarias deprehendo. Hoc igitur præ-
 stantissimum; *Omnia gloria eius (filia regis) ab intus,*
Regnum Dei intra vos est. O qui nunquam in se re-
 dit, nec sui notitia studet, quantis se priuat fulcris,
 contra vanam gloriam ex falsis laudibus, contra im-
 patientiam ex calumnijs & opprobrijs. Qui enim
 se nouit libens, patiensque suffert affectus contume-
 lia, vbi alius qui se ipsum non nouit, proruit in impa-
 tientiam, dicit cum Seneca: *Si merito te aliquis ob-*
urgauit, scito quia profuit: si immerito, scito quia pro-
desse voluit.

Sed videamus, cui studium hoc profit maxime.
 Dico redire in seipsum plurimum valere, ne quis
 temere aliquid tentet, vel in pace ac ciuili regimine,
 ne cadat turpiter, vt Phaeron ausus ardentis con-
 scendere solis quadrigas, vel in bello ne quis fortio-
 ribus committat, viginti millibus decem, Nanum
 Giganti Gigantem Ioui, *ne Dares Enteltum pronocet:*
in gladium tollat mulier, ne contusus & exollatus re-
 deat, cum dedecore spoliatus bonis, spoliatus liber-
 tate. Ah! quot Reges, quot Respublicæ hac sui ig-
 noratione perierunt, inquit

Xeno-

Xenophon lib. 4. de factis & dictis Socratis.] *Vides etiam ciuitates, quacumq; sua conditionis ignara formidibus inferunt bellum, alias depopulari, alias amissa libertate ad seruitutem redigi.*

Bella partium nostrarum eheu que tot prouincias & regem, & milites, & habitatores suos destrauerunt, hinc inde, fidem nobis abunde faciunt, nihil ultra res tentandum, iuxta consilium Christi Iesu.

Luc. 4.] *Quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus uenit ad se, alioquin adhuc eo longe agente, legationem mittens, peragat ea que pacis sunt.*

*Iuuenal.
sat. II.
* buccæ
habet.*

Idem & in ædificijs & cœnis seruandum est iudicio, ut nostra media viresque bene examinemus. *scendatq; bursa * est mensuraturæ*, dicit alius. Vestem pro panni copia, ignem pro ligni abundantia, culinam instrue pro re familiari. Quis vestrum? ait Dominus, turrim volens ædificare non prius sedens computat, quæ necessaria sunt, si habeat ad perficiendam eam, ne postquam cœperit ædificare, & non potuerit consummare vacuatis, scilicet oculis, ludibrium fiat lususque spectantibus, & audiat hic homo, *sine alio volare cœpit, cœpit ædificare, & non potuit consummare turrim suam* Babylonicam. Nonne omnium risum meruit Rex Aegypti Cleopes, ob male subductas rationes? fertur ille ad perficiendæ Pyramidis suæ corradenda impendia, raræ formæ filiam propriam prostituisse. Quia enim seipsum non satis percallent homines, in molitionibus, conuiujs, vestibus tam grauiter nonnunquam exorbitant, ut pro bona gratia ingrati acquirant, iuxta Chilonis Epigramma affixum Templo Delphico: *nihil nimium*, scilicet, bene cedit.

Terent. in Andri. act. I. Scen.] *Nam id arbitror, Ap prime in vita esse utile, ne, quid nimis.*

Narratur quidam Antverpianus, quod excessiue nimium in foco, conuiuio, ædificio, per suæ qualitatis ignorantiam pro honore à Carolo Quinto Imperatore

peratore falsum admōdum ac mordax reportasse
 scōmma. bonus ille vir (vt aiunt) cum liberaliter ap-
 pud se Imperatorem tractasset, ac mero cinnamomo
 accendisset focum, mirante Imperatore alium accen-
 dit gratiorem Imperatori, cariorem etiam sibi. nam
 in oculis eius omnes chartas, scedulas, obligationes-
 que exussit, quas ab illo acceperat. indicans totum se
 cū liberaliter remittere debitum tantis belli negotijs,
 quibus Imperator implicabatur, apud se contractū:
 tandem cum quicquid spectabile & magnificum per-
 totas exhibuisset ordes; rogauit num quicquam de-
 sideraretur, Imperator castigans hominis exorbitan-
 tiam, à sui ignoratione profectam; Respondit imo a-
 liquid, inquirente illo, quid? Laqueus inquit in me-
 dio quo suspendaris, vnde facile apparet salutarem
 esse sui notitiam, ac per transitum quasi notandum
 ex sapientissimi & optimi Imperatoris iudicio, non
 satis esse habere media & vnde, valeamus aliquid, ni-
 si & qualitas & conditio idem requirat, quod tan-
 tum digito volui indicare contra popularem insolentiam
 & immodestiam, qui fere de excessu redarguti
 respondent, se nihil ultra vires facere; male opinantes
 mensuram omnium esse opulentiam, idq; licere cui-
 libet quod possit. sed pergamus. Similiter & in libro-
 rum scriptione ingenium quisq; debet captumque
 suum nosse, ne rem aggrediatur spiritu suo maiorem,
 facundia, conditione ampliorem, vt magnus sc. vi-
 deatur Theologus. Huius enim notitiæ defectu quot
 videmus Poeristas, scriptitatores, pro bonis libris
 nihil nisi nugas extrudere, materiasq; adeo mortuas
 & damnatas, vt & illis Alexander aliquis aut Sylla
 libenter argentum daturus sit, vt à scribendo cessent,
 quos Caligula suas cogeret abolere ac resorbere vo-
 luit, ad Aram Lugdunensem, quantumcunque
 autem plumbea sint, aureum tamen semper titulum
 præferunt.

*Cic. pro
 Archia
 Po. de Syl-
 la & malo
 poeta. Iuu-
 sat. 6.*

Horat. in Arte] Sumite materiam vestris, qui scri-
 bitis, aquam

E

Viribus,

*Viribus, & versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri; lecta potenter erit res.
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Iuuenal. sat. 11.] Magno discrimine causam
Protegere affectas? te consule; dic tibi, qui sis,
Orator vehemens, an Curtius, an Matio: bucca
Noscenda est mensura tua.*

2. Cor. 10.] *Ipsi in nobis nosmetipsos metientes,
comparantes nosmetipsos nobis.*

D. Hierony. epist.] *Grandes materias ingens
parua non sustinent.*

Cic. lib. 1. in off.] *Neque attinet quidquam sequi
quod adsequi nequeas.*

Ouid. lib. 2. Trist. ad Aug. Cæsarem] *Non idem
bet pelago se credere, si qua*

Audet in exiguo ludere cymba lacu

Diuitis ingenii est, immania Cæsaris acta

Cedere, materia ne superetur opus.

Horat. lib. 2. ep. ep. 1. ad Aug.] *Sed neq. paruum*

Carmen Maiestas recipit tua: nec meus audet

Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.

Cymbula audebit quidem littus legere, & per platum
num ludere æquor, sub terræ conspectu, non audebit
tamen in altum dare vela, ac navigare procellas.
Non statim quia calamos, fistulamq. vtricularem in-
flare nouit pastor, licet ei lituos insonare tubasque
Anglicanas, buccinasq. bellicas. *velis quod possis, ha-*
bet Prouerbium. Quis sum ego ut vadam ad Phara-
nem & educam filios Israel de Ægypto? sapienter dice-
bat Moses. aliud reuera est oues pascere, aliud regi-
bus loqui.

Exod. 3.

Ad deligendum etiam vitæ statum & modum, ante
omnia oportet in se reuerti, & se cognoscere, ne ma-
le incipiatur, ne infecta negotia ac semiplena desce-
rantur, ne matrimonia diuortijs, religiones scindan-
tur apostasiis, ne obijciatur, *hic homo cepit edificare*
& non potuit consummare. minime, minime, non om-
nes matrimonijs, nec omnes cœlibatui seruiunt. *omni*

Luc. 14.

omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere capiat, non omnes bello idonei, nec omnes stitua: hic aratrum tenet qui melius vebraret hastam si ad dictaturam evocaretur, vt Quintus quidam Cincinnatus. ille cucullum gestat, qui melius portaret lorica[m] iste vndiq; armatus est, cui melius subtana sederet aut cappamonaastica, breuiarium in manibus, rosarium in zona. oportet igitur se nosse ad bene inchoandum statum. ratio illa mala non est, nec sine ædificatione quam quidam in hoc negotio Iohanni cuidam Abbati exhibuit, fertur hic homo quodam die à suis sequestratus in solitudine, nihil minus quam de victu cogitans (quasi Angelus esset nec cibo nec potu participans) ad septimum vsq; diem hæsisse in deserto, actandem pene enectus fame, compulsus ad antiquum redire diuerticulum, pulsasse ianuam quam inuenit oclusam, socium in clamans suum, se Iohannem esse, aperiret tantum sibi tanquam confratri. socius ipsius, belle ipsi respondit, *nescio vos. non credo te Iohannem esse, neuiquam; ille in Angelum* mutatus est, nec cibi vltra indiget, nec societatis humanæ. & cum hoc responso præ foribus sub dio ipsum reliquit, vt sub stellato pernoctaret tecto. Mane gratiam ipsi fecit, & quod manducaret apposuit, monens pariter vt hominem se recordaretur, pastu indigentem atq; ideo cum reliquis laboraret. Si seipsum bene nouisset iste Abbas, itane putatis à fratre fuisse excipiendum. Quare prudenter, vt vbique Seneca in prouerbijis (si tamen ille eorum author est) *nisi astimatis viribus aggrediaris sarcinã, subiacebis.* rogam tuam panno contempora, focum lignis, verba rebus aiunt nostri.

Tit. Lis
uius lib. 3.
deca. 1.

Matth. 23.

Senec. in
Prom.

Iuuenal. Satyr. ii.] — *Bucca (& bursa)
Noscenda est mensura tua, spectandaq; rebus
in summis, minimis, etiam cum piscis emetur.
Nec mulum capias, cum sit tibi gobio tantum
In loculis: quis enim te, deficiente cramina
Et crescente gula manet exitus?*

E 2

Talibus

Talibus à Dominis, post cuncta, nouissimus exit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Stultum est dimensionibus terrarum studere & seipsum
nescire metiri.

II.

Seipsum non noscere nocet proximo.

Quid addam ultra? pietas in proximos tam quam
ad corpus, quam quoad animam, claudicat
cessario, & nisi admodum tepida in nobis subsistit
non potest, dum nos ipsos nostramque conditionem
fragilitatem, communibus subiecti infortunijs, re
vicissitudinibus, non agnoscimus. viget econtra
lis, ardetque semper, qui illa experti aut saltem
latiue nota habent, homo qui in homine calamitose
misericors meminit sui, dicit antiquorum aliquis, homo
sum, ait alter, humani nihil à me alienum puto.

Terent. in
Heaut. act.
1. sc. 1.

Cicero lib. 3. de finibus: Vox est Catonis
nis hominum inter homines naturalis commendatio
porteat hominem ab homine; ob id ipsum quod homo sit
non alienum videri.

D. Aug.
tract. 106.
in Ioan.

Cyrill. li. 2.
cap. 15. in
Ioan. Chryf.
Rom. 3.

Vide Co-

Opinor si quis pauper diuitem, flagitaret eleemo
synam dicens, hominem te memento Philippe, aut mi
hominem qualis tu, efficacissimam credo illum ora
tione traheret, nec allegare quicquam posset fortius
post amorem Dei, omninoque verisimile Pontium Pi
latum, cum Christum Iesum populo exhibuit spe
ctandum, dupliciter purpuratum, Regia scilicet chla
myde & roseo sanguine, flagellatum, lacerum ac in
star S. Bartholomæi excoiatum, adiecta insuper my
stica voce, ecce homo, omnino sperasse refrigerationem
humanitatis & communis naturæ obiectu spectare
res mouere ad misericordiam, ratus non melius
dæorum barbariem posse expugnari, habuit salte
Antiquos Doctores opinionis istius, & S. Paulus
cit. conuenientissimum fuisse, vt Christus nobis
ret similis, absque peccato vt compareretur.

Heb. 2] Debit Christus per omnia fratribus assu
ri vt misericors fieret. Si credimus causam vnam

cur Petri (columnæ postmodum tam firmæ funda- *drum no-*
 menti adeo adamantini) lapsum Deus permiserit, vt *strum E-*
 presumptione attolleretur, vt cum aliis perfide fuge- *uang. cont.*
 ret, ter negaret, falso iuraret, male anathematizaret, *38. part. 1.*
 super omnes alios. vt scilicet S. Petro Petrum osten-
 deret, vt suo casu paruitatem suam disceret, similiter
 vt S. Petro, in S. Petro ostenderet *figmentum nostrū:*
 vt cum postmodum assumptum se videret: Ciuum
 Atepagitam, censorem Consulum, Ephorum Re-
 gum, iudicem mundi, delinquentibus pie, ac miseri-
 corditer se inclinaret; faturus alioqui inflexibilis,
 inexorabilis, immisericors, totus promptus ad ignē,
 vt aiunt, & gladium, non minus quam quidam fra-
 trum ipsius, qui parati erant ignem pluere de cœ-
 lo in integram ciuitatem, quæ ipsorum recusauerat
 suscipere magistrum. Fuisse enim natura zelosum se-
 quuta etiam declarant exempla: cum Ananiam &
 Saphiram mentito diuenditi agri pretio, in vestigio
 verbo strauit. Cum Simonem magum, nouum Dæ-
 dalum, ac honoris filij Dei æmulatorem, volentem
 illico præcipitem in terram dedit. O quam seuerus,
 quam rigidus futurus erat Papa; nisi habuisset vnde
 humiliaretur; certe anima quæ miseram se aliquan-
 do fuisse meminit, aut adhuc esse (aut si nec est, nec
 fuerit intelligit) quod paulo post forte habitura sit,
 vicem, facilius illum pronuntiat celebrem versum,
 quem olim Dido, Regina, Carthagini, miseris suo
 tempore recitauit Troianis, qui profugi fracta naue,
 postulabant, admitti in terram, figere anchoras, eme-
 re necessaria, ac fatiscentes reparare cymbulas, *non*
ignara mali miseris succurrere disco. Seruius in illud non
 ignara, ait: quare non disco, quia non ignara. Bis e-
 nim intelligimus non, quasi diceret: noui, quid sit
 miseram esse, non hodie primum disco, misericor-
 diam exhibere, hoc mihi iam dudum vſitarum est,
 aut iuxta prouerbium, quia aliquando in hospitali
 decubui, noui infirmis compati.

Virgilius i. *Æneidos*] *Quare agite ô testes, iuuenes,*
succedite nostris.

*Me quoque post multos, similis fortuna, labores
Intactam, hac demum voluit consistere terra.*

III.

Seipsum non nosse ipsi nocet Deo.

Sed quis non videat (quod multo etiam detur-
Sest) non intrare in se ipsum, nec se nosse, obed-
pieriati, religioni, ac orandi studio ostendi vultis?
ex toto corde Deo seruiatur, Deus in corde nostrum
habitat, quomodo autem obsecro, qui semper foris est,
& nunquam aut raro in se reuertitur, illic Deo ser-
uiet? quid orabit Deum qui se putat Deo parem? qui
se sui putat authorem? dicens, *ego feci memet ipsum*:
ac non, *ipse fecit nos & non ipsi nos*, qui nihil Deo tribuit,
sed videtur sibi *similis altissimo*, inde pedens abe-
lio, neminem agnoscens maiorem, neminem parem.
Adorare professio est, superioritatis, & inferioritatis,
si supplicare protestatio est indigentiae ac necessita-
tis, in eo qui rogat, eminentiae, opulentiae, potentiae
subueniendi in eo qui rogatur: quando enim togam
meam video tritam ac laceram, non postulo nouam
ab eo qui pauperior est, sed quem opinor me ditiorē
(*Beatius dare, magis quam accipere, ex maiori felicitate, &
& rerum copia procedit dandi potestas, vel gloriosius est &
iucundius dare, quam mendicare: vel maiori merito da-
tur apud Deum, quam accipitur.*)

*Psalm.
Isai. 14.*

Quomodo orabit Deum, qui se illo non putat mi-
norem, quomodo orabit illum qui putat se habere
cornucopiam; quid postulabit Deum, qui nihil sibi
opinatur deesse, qui se hominem putat totum abso-
lutum, totum perfectum? certe nihil petit amplius
quam gloriator ille Pharisaeus, qui simul cum Publi-
cano orabat in templo; *Scis quia diues sum & nullius
egeo; & nescis, quia pauper es & miserabilis. Non sum sicut
ceteri hominum; raptores, adulteri &c.*

*Luc. 18.
Apoc.*

Contra vero qui sibi aliquid deesse sentit, Domi-
num postulare non cessabit. sed imitabitur Publica-
num, qui peccata sua agnoscens necessariam sibi vi-
debat veniam, ac ideo precabatur humillime, *Deum
propitius esto mihi peccatori.* huc conducit tui cognitio.

*non uis te, inquit S. Bernard. ut scias quid desit tibi, ac defectu tuum agnoscēs petirū eas aut gratis aut em-
 prum meritis ac precibus. ite potius ad uendentes, & e-
 mie uobis* Qui infirmitatē suam tantam esse non vi-
 det, ut nec facere, nec dicere, nec cogitare quicquam
 possit boni sine Dei gratia, quando auxilia peret? quā-
 do dicit, *trahere me post te, operi manū tuarū porrigere dex-
 terā, Deus in adiutorium meū intende &c.* Ad supplica-
 riones tam bene instituendas, vires ac infirmitas sua
 cuiq; intelligenda sunt. nec ignorandum quod dicit
 S. Bernard.) *conatus liberi arbitrii cassi sunt. si à gratia nō
 adiuuentur, nulli autem si ab eadem non proueniantur.*

Matt. 25.

D. Bern. li. 2. de consid.

Rom. 7.] *Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio.*

1. Cor. 12.] *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.*

2. Cor. 3.] *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Non est uolentis, neq; currentis, sed miserentis Dei: sine me nihil potestis facere, &c.*

Quid lib. Met.] *Video meliora proboque,*

Deteriora sequor. Quid boni sine Dei gratia? quis diu subsistit sine lapsu & peccato nisi deductus filo ac suffultus baculo gratiæ diuinæ: per fidem uestrā, dilectissimi, quid orabit Deū qui se tam modicū, tā pusillum non agnoscit (debilioribus ad fortiora recursus est) quin etsi orauerit, non exaudietur, & oratio eius fiet in peccatum. quia se non ex humilitate, quæ condimentum est, & neruus orationis: nemo autem humiliter satis orat nisi qui quod petat, & se nihil esse agnoscit; Porphyrius philosophus (quamuis de-
 fertor & apostata) dicit hominem sui ignorantem, nunquam seruire Deo ut decet, nec unquā obtinere quicquam eorum quæ petit, qui addit scientiam addit
 & laborem (bene orandi) & dolorem. Cum denique in gratiarum actione pro concessis publicis aut pri-
 uatis beneficijs magna ex parte diuinum consistat seruitium, quomodo gratus erit qui præstata sibi bona non nouit, quomodo Deum reciproce

Porphyr. ser. 1. de hoc dicto:

Nosce te ipsum. Eccl. 1.

Luc. 18.

Psalm.

amabit, qui ignorat quibus à Deo virtutibus ornatus sit? à quibus vitijs reseruatus? quomodo dicet Phariseo, socio Publicani, *gratias tibi ago, quia non sum raptor adulter &c. ieiuno bis in Sabbatho decimam omnium quæ possideo?* Quid, dicet aliquis, cum Phariseo? quem Christus quasi paradigma male oranti induxit? imo vero cum Phariseo. non quidem quatenus orat male, superbe vitã suã alienã comparans omnibus se præferens, & male Publicano in particulari quasi inspector cordis ipsius; sed quatenus bene Deo gratias agit, quod nec raptor sit, nec adulter, nec Publicanus, quod bene ieiunauerit (ac in illis quæ cognouit sibi à Dei gratia liberaliter concessa) quod ad malum non declinauerit, ac, eadem iuuante gratiã, ad bonum cucurrerit, *Nisi Dominus adiunxisset me, paulo minus habitasset in inferno anima mea,* nos nihilo minus Deo debemus; forte & amplius: tam ob peccata quæ, præseruati à gratia, euitauimus; quam ob bona, quæ illa inspirante, perfecimus. Obtestor vestram fidem. potestne hoc qui non cognoscit quomodo à peccatis Deo iuuante præseruatus sit, quod gratijs dotatus? in seipsum igitur non redire, nec se ipsum nosse, non solum ignorantia ipsi, & proximo, sed ipsis etiam diuinis derogat seruitijs non modicum. Quare rogemus dilectissimi, ac petamus instanter cum S. Augustino, cum Seraphico & ardentissimo patre nostro S. Francisco, *Domine da vt nouerim te, nouerim me, & vt cognoscam me, & cognoscam te, da mihi vt frequens cum Prodigio in me reuertat, si difficulter adhuc semper in me manere possim.*

Senec. li. 1. Ep. ep. 2.] *Primum Argumentum compositionis existimo, posse consistere, & secum morari.*